Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Audi israel dns elegit te ut sis ei populus peculiaris
sicut locutus est tibi ut custodias omnia pre-
cepta eius et faciat te excelsiorem cunctis gentibus
sicut locutus est tibi Aliud Fratres rogamus uos
Corripite inquietos consolamini pusillanimes. suste-
nite infirmos. patientes ad omnes estote Collecta
Oppressum tuum quesumus domine pietatis respice. atque
ab eo flagella tue iracundie clementer auer-
te. Ad p. Ad potestatem nostram aspice domine ut qui malo
rum nostrorum pondere premimur per tue pietatis munera libera tibi
mente famulemur. per. Dominica secunda xl
Fratres rogamus uos et obsecramus in domino ut quem
admodum accepistis a nobis quomodo oporte-
at nos ambulare et placere deo sic ambulatis et habun-
detis magis. Aliud Videte ne quis malum pro malo a-
licui reddat sed semper quod bonum est sectamini et in omnes Ad
Non enim uocauit nos deus in immunditiam sed in sancti-
ficationem in xpo ihu domino nostro Col Deus qui con-
spicis omni nos uirtute destitui interius exteriusque
custodi. ut ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpo-
re et a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per
Conuertimini filii reuertentes et sa Feria iiii cinere capitum
nabo auersiones uestras ecce nos uenimus ad te tu
es dominus deus noster. Aliud Non enim in iustificationibus nostis
prosternimus preces ante faciem tuam sed in miserationi-
bus tuis multis Aliud Exaudi domine placare domine ad-
tende et fac ne moreris propter temetipsum quia nomen
tuum inuocatum est super ciuitatem istam et super populum tuum domine
deus noster Aliud Respiciat dominus uirtutem in lege sua et in preceptis
suis et faciat pacem exaudiat orationes uestras et reconciliet
nobis ne nos deserat in tempore malo dns deus noster Col
Presta quesumus omnipotens deus ut familia tua que se affligen-
do carne ab alimentis abstinet sectando iusti ta-
ntulpa iejunet per. Ad po Deus supplicationibus